

positum esse crediderim post bellum aliquod ab imperatore factionis adversariae Italiae illatum et feliciter propulsatum, fortasse post bellum Maximini a. 238 vel post incursiones Severi et Galerii a. 308—310. — De Felice Bulla, qui tempore Septimii Severi rapinas faciebat, cogitavit Friedländer Sittengesch. II⁵ p. 45 not. 1.

Militia urbana.

2012 M. Aurelio Caesari, imp. Caesaris T. Aeli Hadriani Antonini Aug. Pii fil., divi Hadriani nep., divi Traiani Parthici pronep., divi Nervae abnep., cos.¹, Petronius Mamertinus et Gavius Maximus pr. pr.², tribuni cohortium praetoriarum decem et urbanarum trium, centuriones cohortium praetoriarum et urbanarum et statorum, evocati, cohortes praetoriae decem, et urbanae \bar{X} \bar{XII} \bar{XIII} , centuriae statorum, optimo ac piissimo.

Romae (VI 1009 semel descripta saec. XV). Titulus dedicatus M. Aurelio Caesari ab omnibus copiis in urbe tendentibus, praeter vigiles et equites singulares. — 1) A. 140. — 2) Praefecti praetorio Antonini Pii, memorati etiam infra N. 2479; de Gavo Maximo cf. praeterea supra N. 1325.

2013 Genio¹ et Fortunae | tutelaeque huius | loci cohortium | praetoriarum | p[ri]m[u]m v[er]u[m] d[omi]n[u]m² | ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !³ | aeterni Augusti, | Valerei⁴ [e]t Dalmateus | princ. k. k.⁵ e[x v]oto f[ec]erunt, devoti | numini maiesta[t]i[que] eius.

Romae rep. in castro praetorio (VI 246 vidit Henzen). — 1) Ginio lapis. — 2) Nota metaplasmum duplicem. Piae vindices dictae cohortes praetoriae inde a temporibus Septimis Severi. — 3) Nomen imperatoris erasum. — 4) Perit nomen alterius ex Valeriis, nescio an et ipsum rasura. — 5) Principes kastrorum; cf. Mommsen Eph. epigr. IV p. 241.

2014 [C. P]etronius C. f. | Fal. Varia | speculator Caesari[s]. | Hor-dionia T. l. Egist[e] | uxor.

Romae (VI 1924^a, 2782 ter descripta saec. XVI. XVII ut de lectione in univ-ersum constet). — Idem sine dubio C. Petronius C. f. Varia memoratur ut curator sociorum monumenti alicuius a. p. Chr. 3 (VI 40294), inter socios eiusdem monu-menti etiam a. p. Chr. 9 (Bull. comunal. 1886 p. 379).

2015 [C.] Iulio C. f. Vel. Basso et | L. Iulio C. f. Vel. Praesenti | speculatoribus Caesaris Aug., | C. Iulius Bassus pater v. f. | Turpilia L. f. Iunia (sic) Bassi.

In vico Carinthiae Otmanach, non longe a Viruno capite Norici (III 4845 vidit Mommsen).

2016 P. Valerius T. f. | Gal. Lunesis¹, | vix. ann. XXI, militat | specul. ann. III.

Romae (Eph. ep. 4, 956 vidi ipse). — 1) Significatur Valerium origine fuisse Lunensem (tribus Galeriae fuisse Lunam etiam aliunde constat, cf. Kubitschek Imp. Rom. p. 86). Non raro in antiquioribus inscriptionibus militum (praesertim cognomine carentium) domus additur forma adiectiva (infra N. 2027. 2029. 2051, item tituli complures legionariorum infra editi).